Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



304

APLORV

nensis. ⁊ manahen. qui erat herodis
tetrarche collactaneus ⁊ saulus. Dum
ministrantibus autem illis domino ⁊ ieunan
tibus dixit illis spiritus sanctus. Segregate
michi saulum ⁊ barnabam in opus ad
quod assumpsi eos. Tunc ieunan
tes ⁊ orantes. imponentesque eis man
dimiserunt illos. Et ipsi quidem mis
si a spiritu sancto abierunt seleuciam. ⁊ in
de navigaverunt cypri. Et cum venissent
salamina. predicabant verbum dei in
synagogis iudeorum. Habebant autem
⁊ iohem in ministerio. Et cum per am
bulassent insulam usque ad
paphum. invenerunt quendam virum
magum. pseudoprophetam. iudeum. cui
nomen erat barihesu. qui erat cum p
consule sergio paulo. viro prudenti.
Hic accersitis barnaba ⁊ paulo. desi
derabat audire verbum dei. Resiste
bat autem illis helymas magus. sic
enim interpretatur nomen eius. que
rens avertere proconsulem a fide. Sau
lus autem qui ⁊ paulus. repletus spi
ritu sancto. intuens in eum dixit. O plene
omni dolo ⁊ omni fallacia. filii diabo
li. inimice omnis iustitie. non desinis
subvertere vias domini rectas. Et nun
c ecce manus domini super te. ⁊ eris cecus
⁊ non videns solem usque ad tempus. Et
confestim cecidit in eum caligo. et te
nebre. ⁊ circuiens querebat qui ei
manu daret. Tunc proconsul cum vi
disset factum. credidit. admirans super
doctrina domini. Et cum navigasset
a papho paulus ⁊ qui cum eo erant. ve
nerunt pergen pamphilie. Iohes
autem discedens ab eis. reversus est hierosol
lima. Illi vero pertranseuntes pergen.
venerunt antiochiam pisidie. Et ingressi
synagogam die sabbatorum sederunt. Post
lectionem autem legis ⁊ prophetarum. mi
serunt principes synagoge ad eos
dicentes. Viri fratres si quis est in vobis
sermo exhortationis ad plebem dicite.
Surgens autem paulus. ⁊ manu silen
tium indicens ait. Viri israelite. ⁊ qui
timetis dominum audite. Deus plebis is
rahel elegit patres nostros. ⁊ plebem exal
tavit cum essent incole in terra egipti.
⁊ in brachio excelso eduxit eos ex ea.
⁊ per. xl. annorum tempus mores eorum sustinu
it in deserto. Et destruens gentes. vii.
in terra chanaan. sorte distribuit eis
terram eorum. quasi post quadringentos.
⁊ quinquaginta annos. Et post hec de
dit iudices usque ad samuel prophetam.
Et exinde postulaverunt regem. ⁊ dedit
illis deus saul filium cis. virum de tribu
benyamin. annis. xl. Et amoto il
lo suscitavit illis regem dauid. cui
⁊ testimonium perhibens dixit. Inveni da
uid filium iesse. virum secundum cor meum.
qui faciet omnes voluntates meas. Hui
dauid. dis exsemine secundum promissionem
eduxit israel salvatorem iesum. predicante
iohne ante faciem adventus eius baptis
mum penitentie omni populo israel. Cum
impleret autem iohnes cursum suum.
dicebat. Quem arbitramini me esse.
non sum ego. sed ecce venit post me.
cui non sum dignus calceamenta pedum
eius solvere. Viri fratres filii generis abra
ham. ⁊ qui in vobis timent dominum. vobis
verbum salutis huius missum est. Qui
enim habitabant iherusalem. ⁊ principes eius. hunc
ignorantes. ⁊ voces prophetarum. que per
omne sabbatum leguntur. iudicantes
impleverunt. Et nullam causam mortis in
venientes in eo. petierunt a pylato ut
interficerent eum. Cumque consumas
sent omnia que de eo scripta erant. de